

Lorenz Jetze Hinricus Hierner

Nosce Te Ipsum : iuxta Quatuor Causarum Genera Dissertatione Philosophica Breviter Explicatum

Rostochii: Wepplingius, 1696

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn732462843>

Druck Freier  Zugang



Ru. Mil 1696

24.

NOSCE TE IPSUM

JUXTA
QUATUOR CAUSARUM GENERA
DISSERTATIONE PHILOSOPHICA
BREVITER EXPLICATUM,
AUXILIANTE
DEO TER OPTIMO MAXIMO
ET CONSENTIENTE
AMPLISSIMA FACULTATE PHILOSOPHICA
CELEBERRIMÆ UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
PLACIDO EXAMINI SUBMITTIT
PRÆSES

M. LAURENTIUS *Getzel*
ORDINATUS ECCLESIE CHRISTI MINISTER,
RESPONDENTE

HINRICO HIERNERO,
WÖEFFELSFLÖTA HOLSATO,
S.S. THEOL. & PHILOS. STUDIOSO,
D. 23. DECEMB. A. 1696. IN AUDIT. MAJORI.



Rostochu Typis JOH. WEPPLINGII, Univ. Typogr.

27. 16. 1696.

Generosis, Antiquitate Generis, & Gloria Majorum suaque
Modestia Florentibus, Doctrina ac Eruditione Præcellen-
tibus & Clarissimis, nec non Virtutum Præstantiâ,
Morumque Integritate Nobilissimis

VIRIS JUVENIBUS,

*VIRORUM Summè & perquam Reverendorum, Excel-
lentissimorum Consultissimi & Amplissimorum*

DN. FRANCISCI WOLFII,

Theol. D. & P. P. Collegii Senatorii Senioris, Pastoris ad D.
Mariæ, & Rev. Min. Rostoch. Directoris venerandi,

**DN. JOACHIMI LINDE-
MANNI**

S. S. Theol. Doct. & in hac Universitate Rostochienfi P. P.
ad D. Mariæ Archi. D. Meritissimi, & Amplissimæ Facul-
tatis Philosophicæ h. t. Decani Spectabilis :

**DN. CASPARI MATTHÆI
MÜLLERI**

J. U. D. & Profess. Moral. Celeberrimi:

DN. HENRICI BECKERI

Ad D. Jacobi Ecclesiastæ Dignissimi Vigilantissimique,

*Dominorum suorum atque Evergetarum
multis Nominibus Colendorum*

CONVICTORIBUS

OMNIBUS & SINGULIS,


DNN. Fautoribus & Amicis suis Honoratissimis,

Disputationem hanc in sui commendationem,

Cum plurimæ salutis appreciatione

Sacram esse voluit

M. L. Jese/ Præses.



On inconvenienter וְעַל כֵּן אֵין אֵין אֵין
 Cœlitus delapsum sive datum creditum
 fuit. Cic. de fin. bon. & mal. L. I. Tusc. qvæst.
 L. 1. de Legibus.

II. Nam qui se ipse novit, aliquid
 sentiet se habere divinum, ingeniumque
 in se suum simulachrum aliquod, dedi-
 catum putabit, tanto munere Deorum
 aemper dignum aliquid & faciet & sentiet.
 Cic. De Legibus. Lib. 1.

III. Respicit autem וְעַל כֵּן אֵין אֵין אֵין Causas hominis in-
 ternas a materiam, quæ corpus organicum est. β formam, animam
 videlicet rationalem. 2. externas α Efficientem. β finalem.
 Corpus quod attinet, de ejus mirabili structura Legantur Physici
 & Medici. Conf. Cic. Lib. 2. De natura Deorum &c. Quantum
 verò ad animam, in illa consideranda, 1. origo 2. quidditas sive
 essentia. 3. Duratio. De Origine sunt tres præsertim opiniones.
 α Eorum qui dicunt, eam propagari per traducem, quæ senten-
 tia est Sperlingii &c. β Eorum qui statuunt eam produci ex
 potentia materiæ, ut D. Jac. Martini. γ Eorum qui eam de no-
 vo Creari prætendunt, quorum Princeps inter Philosophos
 novos forsitan erit Zeisoldus. Nos cum prima facimus sententia
 2. Quidditatem declarat ejusdem Descriptio, quam Communi-
 niter dant hanc: Quod sit substantia spiritualis incompleta
 dependens, sive Spiritus incompletus dependens vid. Phys. &
 Pneumat. De virtutibus Iplius & effectibus &c. hic non agam.
 De duratione docent saniores Philosophi, quod sit immortalis
 & Libera à principio corruptionis. Quod probant a. Ex
 cura mortuis apud Ethnicos impensa b. Ex Consensu gentium
 c. Ex Philosophis, Oratoribus & Historiographis Græcis & Bar-
 baris d. Ex Græcorum Poëtis e. Ex Latinis Philosophis, Oratori-
 bus & Historiographis. f. Ex Poëtis Latinis. Et ex multis aliis
 rationibus, quas hic recensere nec opus esse judico, nec Angu-
 stia Chartæ capit. vid. J. Micræli Ethnophronius. Ubi pluri-
 bus de his agitur. Cum itaque homo sit animal præstantissimum,

A

Cic.

Cic. Lib. 1. de offic. & Lib. 1 & 2. De Nat. Deorum, inservit nobis
Ἰὸ ζωῆτι σε αὐτῶν non solum ad arrogantiam minuendam, verum
etiam, ut bona nostra norimus, Cic. in Epist. Lib. 3. & Lib. 5. de fin.
B. & M.

IV. Causa efficiens principalis, eaque prima hominis
est Deus. Ad cujus cognitionem requiritur ejusdem Definitio.
Nam omnis de re aliqua institutio debet à Definitione proficisci,
ut inter eos, qui ambigunt, conveniat, quid sit id de quo aga-
tur aut disputetur. Cic. L. 11. de fin. bon. & mal & L. 1. de offic.
γ. Quoniam verò Omnes populi non idem de Deo sentiunt,
verum hi sæpè alios colunt Deos quam isti, & ideò hic illius De-
os contemnit, De quibus præsertim Poëta, etiam definitiones
non dantur eadem. Cicero hinc inde magnum, affert defini-
tionum Cumulum, quarum maximam partem ipse rejicit. So-
phocles celeberrimus Græcorum Poëtarum de Deo ita Loquitur
ἄς τὰς ἀληθείαις (quidam ἀληθείαις) εἰς ἑστὸν θεόν, ὃς ἕρατον
ἔτρωξεν καὶ γαῖαν μακρὴν, πάντα τε χροσπὶ δίδμεν, ἀνέμων βίας;
Quorum verborum sensus talis est: Unus in veritate, unus est
Deus, qui cælum fabricavit, & Longam terram, jucundum-
que ponti tumorem, & ventorum violentias. Et statim subjicit:
Mortales verò multi corde errantes, ereximus ad nostrarum
cladium solamen, Deorum marmoreas æneas, aut aureas, aut
eburneas statuas, hisque & sacra facimus, & solemnia festa ce-
lebramus: Ita namque nos pietatem colere arbitramur, Con-
venit cum hoc Plinius L. 11. c. 7. Tradens unum esse Deum; Mor-
tales verò credere Deos innumeros Docent itaque dicti Auctores; Ipsa
principia prima, aut dictamen rectæ rationis & Conscientiam
obligare homines ad colendum verum Deum; Ast ipsos adeò esse
corruptos, ut Creaturas easque vitiosas sæpè & parum utiles pro
vero Deo Colant. Quod de Ethenicis non mirandum, Cum
videamus quotidie multos, qui conscientia victi suam religio-
nem esse falsam, attamen eam non abnegant; sed Lucri tem-
poralis causâ defendunt. Et contra, qui Licet malè sentiant, ta-
men rectè credentibus, ob dictam Causam se accersent, eos inte-
rea, verè Credentes videlicet, miserè affligendo. Posset, etiam
huc referri descriptio Sibyllæ Erythræ, quæ improbatâ Deorum
plura

pluralitate & idololatria Lib. 1. Orac. sic concludit, *ὁ θεός ἐστὶν*
ἕως χάρις ἀνέμους, σεισμούς, ἀστέρων κινήσεων &c. unus est Deus immittens plu-
 vias ventos & terræ motus &c. Et Lib. 11. *ὁ θεός ἐστὶ, μόνος, ἀθά-
 στος, ἀειθερῶν, ἀειζώνων, ἀειπαύσης, ἀόρατος, ἀσπῆρτος, ἀσπῆρτος, ἀσπῆρτος, ἀσπῆρτος,*
 &c. Unus est Deus monarcha, summus ætherem habitans. In uno
 sese totus Consistens, invisibilis ipse solus Omnia videns. Plu-
 ra de unitate Dei Legantur apud Scheiblerum: Metaph. Lib. 2. c. 3.
 num. 206. seq. & L. 1. c. 21. n. 48 &c. Calov. Metaph. Divin. &c.

VI. Quicquid tandem Philosophi sive Latini, sive, Græci, sive
 Hebr. sive alii de Deo scripserint, non hocce obstante, nos dicimus:
 Deum perfectè definiti non posse. Nam Deus non habet genus
 propriè sic dictum. Hinc Princeps ille Philos. Hebr. R. M. F. Mai-
 monidis in מַעֲשֵׂה מִרְכָּבָה seu opere currus i. e. Theologia natu-
 rali sic scribit: *הַקְּבָה אֵין לוֹ גְבוּל שֶׁהַגְּבוּל הוּא הַמְּרֻכָּב*
מִן הַסּוּק הַקְּרוּב וְהַחֲבֵרָה: וְהַקְּבָה אֵין לוֹ סוּג שֶׁיִּכְלֶה
 i. e. Deus S. B. non habet Definitionem, quoniam Defi-
 nitio est composita ex genere proximo & differentia. Sed S. B. non
 habet genus, sub quo comprehendatur.

VII. Dicimus itaque Deum esse ens necessarium, sc. Ne-
 cessitate absoluta. Et quidem, tum ratione existendi, tum ratio-
 ne attributorum. Vid. Metaphys. Doct. Neandri, Martini,
 Stalii &c. De hac necessitate prædictus R. M. B. M. l. c. scribit:
לֹא נוֹכַל לְהַשִּׁיג מְהוּתוֹ אֱלֹהִים נֹאמֵר שֶׁהוּא מְצוּי וּמְצִיאוֹתוֹ
הוּא מְהוּתוֹ וְאֵינוֹ תוֹסֵפֵת עַל מְהוּתוֹ i. e. Non possumus assequi
 quidditatem (essentiam) ejus; sed dicimus quod ipse ens sit, & exi-
 stentia illius essentia, ita ut non super addatur essentia sc. aliquid.

§. VIII. Quoniam igitur Deus est dicto modo necessa-
 rius, sequitur, quod nec agnoscat Causam aut principium,
 nec finem. R. dictus Loquitur de hoc hunc in modum.
וְאַחַר שֶׁנֹּאמֵר שֶׁהוּא מְצוּי נֹאמֵר שֶׁהוּא רֵאשׁוֹן כְּלוּמַר שֶׁלֹּא קִרְטוֹ
שׁוּם דָּבָר מִפְּנֵי שֶׁאֵין לוֹ תַּחֲלָה וְלֵת עִירָה
 Quod est. Eo ipso autem quod dicitur ipsum esse ens (necessa-
 rium) dicitur etiam quod sit primum. i. e. quod ipso non sit prior
 ulla res, quum non habeat principium neq; causam. Quod postea
 probat his verbis: *זוֹה לֹא יִמְשַׁךְ לֵאמֹר קֵץ אֱלֹהִים כִּסּוּף יִכְלֶה לְעִירָה*
שֶׁאֵינֶה הוּוּוּה וְנִפְסָרָה וְאֵין לָהּ עִירָה וְהִיא מְחַוִּיבָה
 Latine: Et hoc non poterit progredi in finem
 finitum

nitum, sed tandem terminari debet in Causa, quæ nec genere-
tur nec corrumpatur; nec habeat aliam causam, sed sit necessa-
riò existens; hæc autem est Deus B.

IX. Deus est unus. Non unitate consortii & prædicamen-
tali; sed unitate indivisionis, exclusionis, quæ una cum actu si-
mul excludit potentiam divisionis, & transcendentali. D. Ne-
and. in Metaphys. de unitate. Concordat cum nostra sententia
etiam R. M. B. M. quando dicit: לא אחד כמין וכו' ולא אחד כגוף וכו' מפני שהאחד תחלה המנין והמנין ממאמרות,
הכמות והמאמרות כולם מקרים ונפולים דכ
h.e. Non est unus specie &c. neq: unus ut Corpus &c. Nam unum
est principium numeri, numerus verò ex prædicamentis Qvanti-
tatis, sed Prædicamenta Omnia accidunt & cadunt &c.

X. Non igitur sunt plures Dii quam unus. Hoc jam
probatum dedimus sententiis Scriptorum Græcorum, quibus
addi possunt quam plurima & Græc. & Latin. Sed audiemus hac
vice dictum R. M. B. M. de hoc ita differentem; וזה המצוי

מחויב המציאות א"א שיהיה שנים או יותר על שנים
שאם היו שנים כל אחד מהם מחויב המציאות ואין
אחד עילוי לשני יהיה להם דבר שנשתתפו בו ויהיה
כמין הכולל למה שתחתיו ויהיה להם דבר שנפרד בו
האחד מחברו ודבר שנשתתפו בו חוץ מדבר שנפרדו בו
יתחייב מזה שיהיה כל אחד מהם מורכב מ"ב ענינים:
ומחויב המציאות הוא פשוט פשוט אמתי לא מורכב;
quod valet. Talia entia necessaria non possunt esse duo aut plura
duobus. Si enim essent duo, utrumque esset necessariò existens,
& neutrum Causa, ambo convenirent in aliquo, sicut species
Comprehendens inferiora: & in aliquo differrent ab invicem,
& id, in quo convenirent, esset extra id, quò differrent: Ex
quò necessariò sequitur, utrumque esse compositum ex duabus
rebus. At verò necessariò existens est simplex, simplicitate ve-
rà, & non compositum.

XI. Ex unitate Dei fluit Summa ejus simplicitas & indi-
visio Stalij Metaph. de Unit. &c.

XII. Opponitur huic Uni & simplici Compositum. Nam
quæ

quæ ita unum sunt, ut actum divisionis tantum excludant, illa sunt composita. Rejiciendi itaque, & exterminandi ex foro & numero sobriæ ac rectè Philoſophantium sunt. Omnes illi, qui vel expreſſè Deum ens compositum eſſe ſtatuunt, aut ejuſmodi opinionibus favent, quæ ſimplicitati Dei repugnant, ut ſunt Vorſt. & tuerca, cum quibusdam judæis ac Ethnicis Deum corporeum eſſe redentes.

XIII. Sunt quidem hominis multi fines; Non tamen omnes explicari poterint; Sed contenti erimus de uno ac altero dixiſſe. Cic. tribuit ex Stoicorum mente finem homini eſſe, ut ipſius utar verbis, ad mundum contemplandum & imitandum. *De natura Deorum.* Quid verò Stoicis ſit mundus, videlicet Deus, ibidem multis probat. Quamvis autem Stoicorum ſententiam, quod mundus ſit Deus meritò rejicit; tamen cum illis in hoc convenit: Nempe finem hominis eſſe, ut Deorum cognitionem cælum intuentes capere poſſint. Vid. et in Lælium & 1. & 3. offic. Quod etiam ab Ovidio approbatur, ita canente: Os homini ſublime dedit cælumq; videre juſſit & erectos ad ſidera tollere vultus.

XIV. Nos dicimus finem hominis eſſe. ut felicitatè ſummâ fruatur.

XV. Certè naturâ magiſtrâ & duce homo ad voluntatis ſatietatem bonum appetit; ad intellectus exercitationem, finem ob oculos ſibi ponit; quo ſit, ut in Philoſophia nullus ſit frequentior, nullos amplior locus, quam qui de ſupremo fine in ſummo hominis bono inveſtigando verſatur. Quo pertinet etiam illud apud Cic. Omnem Philoſophiæ autoritatem *de finib. bon. & mal.* à ſummo hominis bono pendere. Non me fugit pleroſq; Philoſophorum à ſcopo Longè aberraffe. ob hanc cauſam autem non debemus intermittere & abſtinere ab inquirendo; quis ſit verus ille finis; ſed eò magis & eò majori diligentia ſtudio & curâ illum debemus indagare, ſcrutari, inveſtigare. Ne adducam Omnia, quæ ex ſcriptis Priſcorum Philoſophorum, recitare poſſem, optimorum quorundam mentionem faciam. Ariſtoteles in Moral. L. 6. docet, Beatitudinem eſſe duplicem, unam Civilem & Politicam Prudentiam ſcilicet in actione; alterum peculiarem nempe Sapientiam in contemplatione, verſantem. Plat

A;

Ariſto

Aristotele antiquior, in Phædone scribit: Fieri non posse, ut ho-
mines in hac vita, quamcunque viam ineant, beati sint; sed in
altera haud dubiè, qui virtutem sectati fuerint, beatitudinem,
mercedis loco, accipere. Plotinus Præceptor Porphyrii, Enn.
i. Lib. 4. c. 1. &c. ait. Supremus hominis finis (est) merum bo-
num. i.e. Deus. Cætera verò ad finem pertinent, finis non sunt.
Ei, porrò, qui bonum illud possidet nullum bonum auferri,
nullum addi potest, quia non conjungitur tantum Deo; sed fit
quasi Deus. Et ne quis de hac vita intelligat, addit: Illic mens no-
stra fontem vitæ, mentis, essentiæ, boni causam, animæ radi-
cem intuetur. Illic bonum nostrum adeò defixum est, ut ab eo
procul esse, minus esse sit. Illic principium vitæ & finis &c. Por-
phyrius interrogat: Qvis humanæ vitæ finis? Et tandem con-
cludit: Contemplatio vera ejus, qui contemplatur: Cum ea re
quam contemplatur, conjunctio & unio mentis cum Deo. Pini-
darus, Olympio Ode i. ita canit: *Ἐὰν λάβῃ νέμοντα βίβωτον ἐκ χθονὸς
περὶ σποντὸς ἀλλὰ χερῶν ἐξ ἧ πόντων ὕδατος κίναται ὡρῆς Ἀγίτου,
ἀλλὰ ὡρῆς μὲν πμῶντος θεῶν οἴπινος ἔγαγεν Ὀρρκίαις ἀδακρῶν γε-
μονται ἀνῶνα βίβῃ ἀπερῆρατον ἀχέοντι πόνων.* i. e. Boni degunt vi-
tam non terram turbantes, robore manuum, neque marinam
aquam propter illum inopem victum: Sed apud honoratos
Deos, illi, qui gaudebant fidelitate in jurejurando illacrymabili fru-
untur ævo. Alii autem visu horrendum tolerant cruciatum.
His annumeranda etiam sunt ultima verba Carminis aurèi Py-
thag. Qui Poemata sua concludit his verbis:

*Ἦν δ' ἀπολαύσας σῶμα ἐς αἰθῆρ' ἐλθὼν θεῶν ἔλθῃς
ἔστται ἀθάνατος θεὸς ἀμβροστοῦ, καὶ ἐπὶ θνητοῦς.*

Et illa Sibyll. *Οἱ ᾗ θεῶν πμῶντος ἀληθινὸν ἀκούοντι, ζωὴν
κλήρονομασιν ἐν αἰώνῳ χρόνον, αὐτοὶ σικῆντος ὡρῆδενον
Ὀμῶς ἐρῆηλέα κῆπον.* Nec obstat quod Philosophi plura referant
de æternis Cruciatibus, quam de æternis gaudiis. Fit enim hoc
quia scivere plurimos finem sibi ordinatum neglexisse. Addo,
quod ad finem hunc, verba Simplicii Discipuli Syriani in Physic. &
Epictet. sic scribentis: Hoc imprimis ex scientiâ naturali con-
sequimur. Quod via illa optima est ad cognitionem animæ sub-
stantiarum separatarum, & divinæ essentiæ. Deinde accendit
nos etiam ad Dei cultum, & ab effectus ad Majestatem Creatoris
sequi-

promovet; Unde sequitur conjunctio cum Deo & fides spesq;
Certa & stabilis, quarum maxime causa Philosophandum &c. Hinc
instituta & conservata fuit religio ad finem hunc obinendum.
Valer. Max. Lib. I quamvis multis modis depravata, ob tarditatem
ad divina. Cic. De Divinatione L. I. Sed vigilantes animi vitæ ne-
cessitatibus serviunt, disjunguntq; se a Societate Vinculis corporis
impediti. Rarum est quoddam genuseorum, qui se a Corpore
a vocent, & ad divinarum rerum cognitionem cura omni, studioq;
rapiantur. &c.

XVI. Felicitatem civilem hominis finem esse nemo ambi-
get, cum de hoc Doctorum scripta ferè in omnium manibus
versentur & undiqve Præcepta tradantur ad hunc finem aut fe-
licitatem (quæ D. Lud. est actio animi ratione utentis secundum
virtutem perfectissimam in vita perfecta vid. ipsius Lib. de 4. Fe-
licitatis gradib. Disput. LIX. impetrandum. Quæ de causa expli-
cantur virtutes I. intellectuales a. Intelligentia b. scientia
c. Sapiencia d. Prudentia e. Ars II. Morales. a. Perfectæ a. Fortudo,
mediocritatem servans in aggrediendis periculis, & docens for-
tibus ac strenuis Deos adesse. Corn. Tacit Lib. 4. Histor. b. Tem-
perantia, mediocritatem servans circa voluptates. Sunt enim
qui in rebus contrariis parum sibi consent: Voluptatem severissi-
mè contemnant, in dolore sint molliores &c. Cic. 1. Offic. c. Li-
beralitas modum in dando & accipiendo indicans. Simplicitas &
Liberalitas, ni ad sit modus in exitium vertantur. C. T. Lib. 3. Hist.
d. Magnificencia modum servans in sumptibus. Liberalitas namq;
communem usum pecuniæ respicit. Magnificencia magnum
sumptum ipsius attendit. Orontius Finaus, in Margarita philoso-
phica p. 976. e. Magnanimitas, in mediocritate honores appeten-
di & fugiendi, consistens **עש קאנעמ תכן מלכ** vive con-
tensus tunc eris rex, Alii Imperator Muslimicus in Carm. Lit. Ain.
f. Modestia modum in honoribus parvis servans. Ludenius de
4. Felicit. humanæ grad. Disp. LIX. Modestix fama neq; summis
mortalium spernenda est & a Diis æstimatur. C. T. L. 15. ann. g.
Mansuetudo servans mediocr. in ira & vindicta. Ira furor brevis
est animum rege, qui nisi paret, imperat, hunc frenis, hunc tu
compesce catenâ. Horat. h. Humanitas & Comitas mediocr. in
conversacione seria servans. Superioribus probè obtemperando, Æ-
qualibus benè consentiendo, Inferioribus rectè consulendo. Leud.
L. C. I. veracitas sive veritas Ethica, quæ ore & gestib; proficitur, quid

corde sentit. Ante judicia veritas inquirenda. Musc. ex Cyrill. L. Comm. Tom. 2. p. 100. k. iustitia suum cuiq; tribuens. Orontius ex Iust. & Ambros. iustitiam videt ne quicquam ex rumore statuatur; nam plerumq; innocentes recenti invidia impares sunt &c. Göl-nitz in principe ex C. Tacit. p. it. β Imperfecta. a. continentia superans voluptatem cum Luctu. Cic. est pars Temperantiae, cujus partes statuit continentiam, Clementiam, Modestiam Lib. 2. ad Herennium. vid. Oront. p. 996. b. Clementia, animum ad odium concitatum Comitate & benignitate retinens. Cic. d. l. & Oront. p. 998 Novum imperium inchoantibus utilis est clementiae fama. C. T. Lib. 4. hist. Tolerantia Cic. toleratio, alias patientia mala æquo animo tolerans, Oront. ex Aug. p. 984. *Τὸς ἰ ἀνδραμένοισι καὶ μὴ κατηνάρκασσι καὶ φέροντα ζῆναι τὰ κακὰ.* Tholos. Tom. 2. c. 33. p. m. 605. γ. Perfectissima. a. Virtus heroica, actiones vires humanas alias superantes efficiens. *οὐδέ οἶνον ἐπιδιδρασκὰ γυμνασίου.* Hestod. b. Amicitia consistens in mutua benevolentia. Homo homini Deus. Homo homini Diabolus XVII. Dictas virtutes non exercens nec finem suum intendens magis beluina, quam humanam vivit vitam Ovid. 1. Metam. &c. Corollaria. 1. Qui vult finem, velit etiam media ad eum ducentia. Sic qui vult summam felicitatem Civilem virtutibus studeat. 2. Media sunt priora effectu: Informatio siquidem & studium virtutis præcedit, lequitur ipsum summum bonum, bona conscientia & honesta voluptas. 3. Virtutis proprium est amare virtuosos. 4. Non ex facultate, sed ex voluntate æstimatur Virtus. 5. Disparata non habent eandem numerò essentiam.

SOLI DEO GLORIA.

Aditamentum, ut Spacium Charta impleatur.

Qualia quis patrat, tales manet exitus ipsum. **W** Er durch den Tugend-Glanz für andern leuchtet/ blicket
 Hinc Dux Laced. Pausanias Der Müden Latsal ist/ Ergebung und Beystand;
 interfecta virgine C. B. Patri Der wird ohn Zweifel auch dann werden wohl erquicket/
 crepta; ab idolo quotidiè Wenn er zu Bette liegt / und wandert auß dem Land;
 hæc verba audire sogebatur; Wer aber wie ein Wolf/ gervesset/ frisst/ und naget/
 Poena luenda tibi est, Den/ der nicht Hülffe hat und selbst untertritt/
 adfert injuria Cladem. Der wird mit Weh/ und Ach von Furchen geplaget/
 Vid. Peucerus, De Princip. Divin. Wenn selne Zeit vorbey und gleiten will sein Schickte.
 Generib. p. 51. 52. Et Conf. Pl. XXXVII. 18. 19. Pl. XLI. 1. 2. 3. *
 Pl. LVI. * Pl. LIX. * Pl. LXII. * Pl. LXIX. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. Pl. CIX. 16. &c.

Ad

Reverend. & Praclarissimam DN. PRÆSIDEM,

Qui Respondentis me Præsides nomen & instar
Nuper (a) adimplebas, jam quoque Præsides eris,
Teque VIRUM pariter præstabis, Amice, quod opto,
Qui (b) *vitem* rursus (c) Te voco frugiferam,
Cui radios Cœli (quos invidus usque malorum
Non intervertet nisi in orbe) precor,
Ut superes mala cuncta bonisque subinde fruaris,
Quæ studium, virtus promeret atque fides,
Ut CHRISTI doceas cœtum (b) *viresq;* Minister,
Cum satis expertus (jure docere) *vifere ritè* queas.

(a) In Diss. *Isaiana* de Juvenca Trienni in excidio Moab ad Zoar & Choronajim relata, ex *Isa. 16. 5* & *Jer. 48. 34.*

(b) Jetius: *Vitis es. vifites* (c) *Nuper enim ad Nomen* (M. Laurentius Jetse) *in a commentabar; Vitis valens meret.*

LMq₃

A. D. HABICHHORST, D.

Rev. & Cl. VIRO

M. LAURENTIO *Seben/*

S. P. P.

J. L. D. P. P.

SI quando loquimur *invisi*, & quando tacemus *suspecti* sumus, quid
tunc agendum? Liceat hoc mihi effatum *Philota* repetere, optime
JETZI: nam in illa reservati sumus tempora, in quibus nec loquendo
nec tacendo favorem omnium promereri conceditur. Vanus sim, si
credam, vel has extemporales lineas, vel argumentum disputationis
tuæ omnibus placitum. Tu quidem illud: *Ἰνῶν σπῆλαιον* quod
limina olim *Apollinis* ornabat, in frontispicio locasti; sed num quæ-
so non animadvertis, nihil magis hominibus ad splendorem seculi com-
positis sordere quàm NOSCE TE IPSUM? Sacramento certare auium, vir-
tutem

tutem numamis postponi: nam quid Philosophus, cui nihil præter
 peram & baculum, barbam & semivritum palliolum. Qui hodie con-
 nantur emergere, non obstante fortuna tenuiore, simillimi videntur,
 stellis polo antarctico vicinis, quæ tot seculis circumgyrata, tamen
 aspectui nostro se sistere nequeunt. Explicas thema disputationis
 tuæ per quatuor causarum genera, quod Philosophiæ deditus minime
 sequius interpretabitur. Utinam multi causam sui EFFICIENTEM,
 (neque enim Aborigines sunt) utinam MATERIAM ex qua, pulverem,
 FORMAM, animam, olim Deo vel Diabolo cessuram, imo causam
 FINALEM, & illud indeclinabile vitæ exodium prolixius meditentur!
 Quare non promovere laudabiles tuos conatus, *Witteberga*, in Alma
Gryphica, & hic sub *Venerando THEOLOGO*, publice de cathedra ostensos,
 vel sufflaminare nec potui, nec debui. *Feramus* igitur, mi *JETZI*,
 quod olim *Laßantius* ferre opus habuit, statuas adorari, art. sicè sperni, & simul acbris consecrari anathemata,
 & sculptore exigi tributum. Erimus frendente mundo *ἄνωχονδρόσσοι*.
 Amabis porro Deū Sapientiæ fontem, & Veram *ἀνίσταται* sic pieatis alios eū
Nicostrato, sine, interrogent: quid miraris in hac *Helena*? Det tibi
 Dominus fata prospera, alias ipso facto ostendes, non esse impossibile
 Philosopho Christiano facere, quod *Seneca* potuit dicere: Pauper
 siam? inter plures ero. Exul siam? ibi me nam putabo quorsum
 mittar. Moriar? desinam egrotus esse, desinam mori posse; Vale.

Inter curas sacras. Anno, M. DC. XC VI. Fer. IV. Adventus.





Jngenuas animum (credo) coluisse per artes
 Vix prodest, si quis nescius usque sui;
 Scilicet angustæ seriem pendere vitæ
 Adjuvat, & vires volvere mentē suas.
 Dum Cathedram scandis, tali de dogmate, Fautor.
 Dicturus, non es nescius ipse Tui.
 Gratulor his cœptis, Musisqve intendere mentem
 Pergas, sic capies commoda mille, Vale!

Præcipiti calamo, & prelo fervente ponebat

JAC. ANDREÆ, Anglo-Holsatus.

Sphalmata, quæ ob festinationem majori copia, quam cogitaveram, irre-
 pserunt, B. L. ex contextu facillè emendare poterit.





de sequitur conjunctio cum Deo & fides spesq;
varum maxime causa Philosophandum &c. Hinc
servata fuit religio ad finem hunc obinendum.
quamvis multis modis depravata, ob tarditatem
e Divinatione L. r. Sed vigilantes animi vitæ ne-
ant, disjunguntq; se a Societate Vincis corporis
m est quoddam genuseorum, qui se a Corpore
vitarum rerum cognitionem cura omni, studioq;
citatem civilem hominis finem esse nemo ambi-
c Doctorum scripta ferè in omnium manibus
lique Præcepta tradantur ad hunc finem aut fe-
D. Lud. est actio animi ratione utentis secundum
tiffimam in vita perfecta vid. ipsius Lib. de 4. Fe-
Disput. LIX. impetrandum. Qua de causa expli-
I. intellectuales a. Inreilgentia b scientia
udentia e. Ars. II. Morales. a. Perfectæ a Fortudo,
servans in aggradiendis periculis, & docens for-
Deos adesse. Corn. Tacit Lib. 4. Histor. b. Tem-
eritatem servans circa voluptates. Sunt enim
trari is parum sibi consent: Voluptatem severissi-
, in dolore sint molliores &c. Cic. 1. Offic. c. Li-
n in dando & accipiendo indicans. Simplicitas &
d sit modus in exitium vertantur. C. T. Lib. 3. Hist.
a modum servans in sumptibus. Liberalitas namq;
um pecuniæ respicit. Magnificencia magnum
attendit. Orontius Finæus, in Margarita philoso-
Magnanimitas, in mediocritate honores appeten-
onstitens תבן מלכנ עש קאנענא vive con-
rex, Ali Imperator Muslimicus in Carm. Lit. Ain.
dum in honoribus parvis servans. Ludenius de
næ grad. Disp. LIX. Modestix fama neq; summis
nenda est & a Diis æstimatur. C. T. L. 15. ann. g.
vans mediocr. in ira & vindicta. Ira furor brevis
e, qui nisi paret, imperat, hunc frenis, hunc tu-
nâ. Horat. h. Humanitas & Comitas mediocr. in
eria servans. Superioribus probè obtemperando, æ-
onsentiendo, Inferioribus restè consulendo. Leud?
sive veritas Ethica, quæ ore & gestib; protinetur, quid